

Universitätsbibliothek Paderborn

[De Natvrali Ex Vngvivm Inspectione Praefagio comment.]

Baldi, Camillo
[Bononiae], 1629

Coloris nigri, fusci, & liuidi in vnguibus notæ. [Cap. XVI.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-13286

34 DE VNGVIVM PRAESAGIIS.

fub pallidofq; & bene formatos habere vngues, illos putabimus esse temperaméti secundum cerebrum pituitosi, cum sub dominio melancholie, quare humidi in secundo gradu. & ficci in primo; ad actiones quidem tardi, sed ad disciplinas satis accommodati, nam, & propter pituitam, & humiditatem facile impressiones capient; & propter subsequentem ficcitatem receptas sustinent, in actionibus, & operationibus tardi quidem, sed tamen considerati, & prudentes, & modesti, sunt enim minus quam aliquando oporteret, audaces quoniam frigidiores, at non obid illiberales, manfueti, & omnino ciuiles, & amabiles, & qui possint ignoscere seruis; Et signo læso non insanire lagænæ; At quibus mulieribus huiusmodi acciderint vngues, illæ erunt pudicę; curatrices rei familiaris, suis maritis obsequentes, honoris amantes, loquaces tamen, & curiofæ, aliquando forte plufquam deceat, & propter hocetiam indignabundæ. Qui chyromantiæ dant operam, credunt prædictos vngues docere viros infortunatos, qui à principibus odio habeantur, ijsque sint despecti, qui à suis domesticis vim patiantur si mariti, ab vxoribus per infidias pene occidantur. Hofque hominum genus timidum, & superstitiosum appellant; sed hæc, quoniam in se nihil rationabile habent, neque quod credantur, est dignum. In morbis peracutis pallidi vngues mortem esse propinguam, & quo pallor est intensior mortem indicant esse propiorem, & eo magis cum pallor omni penitus caret fulgore, & ad nigrum quendam lurorem accedit

De colore nigro, susco linido unquium, é alij. Cap.XVI.

Olori albo, eburne oque lucido opponitur color niger, fuscus, liuidus, obscurus; Hic si niger erit atram bilem in tendinibus præualere docebit, quare & substantiam cerebri ad melancholiam accedere, eamque duritiem aliquam habere subsrigidam, quare hominem iudicabis ceruicosum,

DE VNGVIVM PRAESAGIIS. cosum, pertinacem, & plus iusto querulum; & iracundum; præsertim si nigredo vnguium sit simul cum oculorum albore, in fuscu quendam, & liuidum colorem degenerante; Cui igitur huiufmodi cerebri substantia contigerit, dele-Cabitur longa, & multa historiarum cognitione, & mirum in modum curiofus, & sciendi a uidus erit, attamen quæ legit, & quæ audit difficile retinebit quoniam dura materia difficile externas admittit impressiones; Et quoniam talis est, & quærulus, & ceruicosus, amicis, & præcipue domesticis ingratus, & qui sibi ipsi grauis plerumque sit; At si vngues secundum naturam suam fuerint liuidi, & pallidi, cum ipsi diaphani sint, docent subiectam carnem, & sanguinem liuescere; quare frigus naturalé calorem superare, breuem igitur arguemus, in his hominibus vitam, quoniam debilis calor est, & propter frigus, hoc modo afficiútur vngues; At 'si dixeris liuescere etiam, & nigrescere carnes propter calorem.Respondere id sieri, ob externu, non autem internum; & excedentem, non auté mediocrem, qualis est animalium, & præsertim hominum calor naturalis, quinon ignem, sed aerem refert; Taciturnos igitur, solitarios, disticiles, Timoni similes dixeris hos viros; At si cum nigrore, vel vnguium fuscedine fuerit coniunctus splendor; qui docer mul tum ignei caloris, vel flauæ bilis in tendine, & præfertim in nerno existere; Homines hosce dixeris esse crudeles suspiciosos, & atra bile, & saua temperatos, quando que confequuntur verumque humorem qualitates, & dispositiones in illis reperias; sed de his longe peius chyromantæ sentiunt, qui eos omnino violenta morti subijciunt, & omnium scelerum sentinas faciunt. Hocest quod malorum Iliaden vocant, & mulierem cui contigerit has vngues habere, aiunt impudicissimam, veneficam, magam, strigem futuram; Ex aduerso cui mulieri contingunt vagues candidi vel ebrunei, puri, longi, molles, in acutum aliquantilper definentes, hanc dicunt pulchram, & amatam, & pudicam, & sobriam, ac fanæ mentis futuram, quæ maritum; quæ domum,

36 DE VNGVIVM PRAESAGIIS.

mum, quæ filios proprios amet; At, vt puto, etiam amari gaudebit, & pulchritudinis nomen ambiet, & laudari delectabitur, vanitatem enim muliebrem effugere nequit, cum temperamentum sit sanguinis cum sub dominio pituitæ;ad aerem enim, & aquam, & ad bullas, quas fieri videmus dum magni in æstate decidut imbres, refertur, quare vanitatem, & instabilitatem aliquam in se habet; At sanguinis benignitas, & aeris inconstantia facit, nè sceleratas alat cogitationes, aut in illis diu persistat; Roseus in medio vnguis indicat & vnguem esse purum; & diaphanu, quare & secundum naturam tendines esse, & neruos puros, & cerebri substantiam candidam, & aptam ad disciplinas ad actiones; & virtutes ciuiles; & carnem sanguinemque sub vngue existen tem esse purum, & cum mediocri bile saua, & pituita decenter commixtum; placidum igitur hominem hunc dixeris & qui facile amet, quare propter hoc etia facile credit, & alijs confidit, quo fit vt pluries decipiatur, & suis frustetur opinionibus. At si diu vixerit, suo malo discet quam operosum sit, quamq; dissicile inuenire cui tuto considere possis. Si fuerint vngues parui, siue illi breues secundum longitudinem, siue stricti, semper indicant virtutem motricem esse debilem; & calorem naturalem remissum; Quare huiusmodi homines solent fieri pingues, & tardi incessus, si fœminis vngues rosei contigerint, volubiles erunt, & garrulæ, sanguinem etenim cum bile, & clara pituita mixtam habent, vnde candor in digitis, & mollities existit; quare vt puerorum naturalem referunt temperiem, ita etiam eorumdem mores imitantur, & repræsentant, percontantur itaque & aliena negocia cognoscere cupiunt, & cum domum reuertuntur, non tantum quid tota vicinia, & ciuitas faciat aut di cat, sed regum, & principum referunt sensus etiam; qua de causa aliquando male audiunt, atque odio habentur; Chyromantæ si paruas, strictas, vel breues viderint vngues, eafque rubras, meretrices, & impudicas dicunt; voraces & cibi appetitrices delicati, eas nimirum, quas vulgo gulosas vocamus;

DE VNGVIVM PRAESAGHS.

camus; at si cum rubore æqualiter tota occupante unquem fuerit etiam longitudo, aut latitudo, & durities simula talem fœminam volunt, esse audacem, crudelem violentam homicidam, libidinosam maxime, quæ facile amet, & quos amauerit, si cum eis cocubuerit, facile cupiat, & tentet perdere; quod de quadam Regina nostris temporibus dicebatur; Sciendum est quod roseus à purpureo, & puniceo valde distat, roseum dico colorem quem videmus in folijs rofarum vulgarium, quas Medici vocant pallidas; at color pu niceus apparet in his, quas vulgus nostrum vocat damascenas, ex quibus sit saccharum rosatum, & colorem hunc în cinnabari, vel ochra contemplari possumus, prior color san guinem purum, & fanguineam à prædominio indicat cum naturali bile temperiem, at puniceus ille miniti referens bilis atræcum fanguine prædominium demonstrat, non igitur eritabsurdum credere, quod isti homines sint duri, & ceruicofi, at si bilis incaluerit; audaces, & magnianimi existent; & qui optime quid faciendum sit, cognoscant, aptiores ad imperandum quam ad parendum; vt videtur Aristoteli in problem. fect. xxx. Est etiam in multis vingnis mixtus, & prima pars quæ est prope carnem candida est, se cunda rosea, terria cornea, & omnino diaphana si purgata suerit, vt virum decet ciuilem. Prima pars tendinis naturam bene dispositam suadet, qui cum ex neruo, & cartilagine vtrisque candidis corporibus conster, probabile est vipsum etia candidu esse, ergo, & candida cerebrissubstantia, quare & sensus interni secundum naturam optime dispositi, ad sua munia peragéda. Sed si mollis suerit caro robustus non erit homo. Cum autem secunda pars purpurea sit, aut etiam rosea, hominis potentias animæ cognitrices bene dispositas monstrat, siquidem, vt diximus, docet qualis sit sanguis qui in venis continetur; Pars vltima quæ cornea est non viuit vită animalis, quare neq; sentit; sed vt capillus fine sensu abscinditur, tanquam excrementum; sit enim appositio tendini,ille in logum crescit, cum extra carnem fertur, calore destitutus

38 DE VNG VIVM PRAESAGIIS.

stitutus necesse est, non sentiat, mulieres huiusmodi vngues habentes in extremo corneas cum pallore, animaduertunt superbas, auaras, imperiosas, plus nimio sibi indulgentes quam oporteat.

Vnguium sigure ac dispositiones prater colores.

de sificar, cofeccación coloreiro entenantalmica a telesco-7 Nguium figuram voco terminum, quo illi terminantur; figuras cognoscit oculus, quatenus coloratæ funt, incurui vngues, & præsertim si magni sunt, ex siccari tendines, & totum corpus ad marcorem, atque Hecticam febrem inclinare monstrant, pronique sunt etiam, qui hos habent vngues ad tabem, quoniam accidit catarrhum salsum acrem, & subtilem in subjectos derivari pulmones, & exulcerare, inde sequitur febris spiritus, humores naturales, & of -fa etiam consumens; vitæ igitur breuis indicia sunt; At si naturale humidum non multum fuerit viscidum tamen, (quod durities vnguium offedit,) & ficcius cerebrum erit, & homo, qui hæc figna habebit, vt plurimum, erit durus, indifciplinabilis, turbidus, feditiofus, crudelis, maxime iracundus, sagax tamen; videmus enim insecta quæ frigida, & sicca funt fagacitatem, & affutiam non paucam habere, quodi autem fint frigida, hinc colligitur, quod & hyeme vel latent, vel moriuntur, & valde funt meticulosa; at quoniam præter se ipsos, neminem amant homines isti (siccum enim. proprio termino terminatur, & nulli adhæret;) accidit vt fint infideles, auari, & ad Venerem quameunque propensi; At si caloris pars siccitati accedat, cum amicis rixantur, illisque insultare gaudent, calidi enim, & sicci hoc est, proprium, vt alijs super extare velit; quod in igneconspicitur satis. Et quoniam auari, & parum alios. curantes, ideo ludorum amatores funt, & aleatores, vt. potè, qui præ lucro iustitiam non curant; In locis publi-. cis; quoniam taciturni funt, videtur modesti, tacent autem,